Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38125
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek

108

Quorum primum .iiii. proprie capitis. ultimus toto
ē corpori communis. Tunica hac quam diximus
utraq; proprie continentiae tactus & iustitiam
designat. Consequenter uero & alienorum quat tuorum
sensuum quam sit uel curanda innocentia. uel sci
ficatio conquirenda. figurato pontificis habitu mon
stratur cum dr̄. Et thiaram bissinam facies. thi
ara namq; quae & cidaris & mitra uocabatur. caput
tegebat & ornabat pontificis. Ut hoc indumento
admoneretur omnes capitis sensus dō consecratos
habere. Neue oculi eius uiderent uanitatem. uel aures
libentius audiendo obprobrium acciperent aduersus
proximū suū. uel os abundare & nequitia & lingua
concinnare & dolum. Siue etiam cor crapula & ebrie
tate grauaret. uel olfactus aspersū murra & aloe
& cinnamomo lectū meretricis amplectere & ur.
Quin potius oculi eius uiderent aequitatem. aures in
clinarentur ad audiendas uerba prudentiae dulciasset
faucib; eius eloquia dni sup mel & fauū donec superesset
alterius ineo non loquere & ur iniquitatem Nec ab innocen
tia sua recedere &, curandum & de quinto sensu qui toto
est corpori cōmunis. ut fiat illud pphēticū. Recedite recedite
exite exinde. pollutū nolite tangere. Et sic ammonet
apts. mundemus nos ab omni inquinamento carnis & spis.